



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Privilegium Primum consecrandi Calices num. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

§. II.

*De consecratione Calicis, &
Patena.*

1. **C**Alix, & Patena, in quibus
Clicitè, ac ritè celebrari valet,
esse debent consecrata. *a*

2. Consecrantur autem vel de
jure ab Episcopo, vel ex privilegio
Romani Pontificis (qui rarissime
illud concedit (*b* ab alio inferiori.
Debet tamen esse diversum privi-
legium ab eo, de benedicendis ve-
stibus, de quo nos infra agemus,
nam in Patena, & Calice adhibe-
tur unctione sancti Chrismatis, quæ
non adhibetur in illis.

*Privilegium primum consecrandi
Calices.*

3 **A**T inveniturne tale privi-
legium alicui ordini reli-
gioſo,

a C. unico de sacra unctione §. ult.

b Delugo de Euch. d. 30. iect. 4. n. 91.

gioſo, vel ejus Prælato concesſum?
Reſpondeo. Triplex tale privile-
gium invenio. Primum eſt pro Ab-
batibus & concesſum ab Innocentio
VIII. per quod poſſunt ſoli Abba-
tes Corporalia, aliaque ornementa
benedicere, Calicesque (intellige
etiam & Patenas) ut etiam aras
conſecrare, Chrismate ſacro, prius,
ab aliquo Catholico Epifcopo re-
cepto, idque etiam pro uſu extero-
rum.

4. Notat tamen duo Rodriuez
b Primo , hoc privilegio i pſis nom-
licere uti extra Monasteria ordi-
nis, vel Eccleſias illis annexas, ni-
fi de licentia Diocesani , juxta
Concilium c Trident. eſt enim id
exercere Pontificalia Secundo, a-
lios Religiosos, quamvis commu-
nicantes in aliis privilegiis, tamen
in hoc Innocentii VIII. quantum
ad conſecrationem eorum, in qui-
bus Chrisma intervenit, non com-

A s munica-
a Rodriq in comp. resol. I. n. 7. b Ro-
driq ibid. c Trid. ſeff. 6. de refor. c. 5.

municares id enim non datur , nisi
veris Abbatibus , & quidem ex vi
huius privilegii, benedictis, licet
ex vi aliorum, etiam non a benedi-
ctis.

*Privilegium alterum Consecrandū
Calices.*

Secundum privilegium , quod
hac de re invenio , est illud
concessum Patribus Societatis Je-
su à b Paulo III. (non jam à Gre-
gorio XIII. ut haber per errorem
Portella) c per quod possunt præ-
dicti Patres in locis remotissimis,
puta In fidelium , vestes sacerdora-
les , Pallas, Corporalia, Calices ,
(intellige pariter, & Patenas) Al-
taria, cœmeteria (si Episcopus Ca-
tholicus, qui ea faciat , ibi non ad-
sit) benedicere , ac profanatas Ec-
clesias reconciliare.

6. Ubi

a Rodriq. in com nes. i. n. 3. b Paulus
III. c. licet dubium, c Portella in dubiis
reg v.benedicere in addit. n. 3.